

Non habeat locum dispositio dict. Authen. sed quod simul cum institutione omnia corrumpant, test. I. in d. l. fratres, numero 3. Quae tamen opinio mihi semper visa fuit terribilis. Videtur enim (iudicio meo) valde iniuriam, quod filius praeteritus rumpens testamentum paternum, teneatur praestare legata, & fideicommissa, non autem frater rumpens testamentum fratris, & sic quod collaterales sint melioris conditionis, quam descendentes. Nec quidquam facit, quod in correctorijs non fiat extensio, ex maiori ratione; quia posset dici verba ipsius Authent. esse generalia, & absque ulla extensione comprehendere casum nostrum. Praeterea illa conclusio, quod in correctoris non admittatur extensio, etiam ex maiori ratione, non est sine controuersia: & multi attestantur communem opinionem esse in contrarium, & habet etiam multas limitationes, quae possunt ad hoc propositum optime accommodari, ut late dixi supra libro 1. Ideo si casus contingeret in facto, credo, quod non peccaret mortaliter Iudex, qui iudicaret contra hanc communem sententiam.

6 Sed numquid generaliter quocumque modo testamentum

impugnetur ex causa exheredationis, habebit locum dispositio d. Authen. ex causa? Respond. quod in hoc articulo alioquando fuerunt opin. Nam gloss. communiter tenuerunt, ubi exheredatio facta est cum causa, quae deinde non probatur legitima (quo casu testamentum rescinditur per querelam inofficiosa, tanquam conditum a demente) quod non sit locus dispositioni d. Authen. & hanc opin. dixit esse communem. Signor. conf. 171. nu. 8. in fin. prout illum refert Curt. Iun. in Authen. ex causa, nu. 68. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod sine exheredatio facta sit non inserta causa legitima, sine causa sit inserta, sed per heredem non probata, saepe sit locus dispositioni d. Auth. tenuit Bart. in d. Auth. ex causa, nu. 9. Et quidquid dicat Signor. in alleg. conf. sua communiter tenetur, ut affirmat Cornel. in d. conf. 158. column. 5. in littera T. lib. 2. & conf. 225. in littera E. lib. 3. In sa in Authen. ex causa, post num. 8. vers. Sequitur text. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imol. in d. l. filio praeterito num. 32. ff. de iniur. rupt. Alex. in d. Authen. ex causa, numero 8. Vtroque enim casu militant verba ipsius Authent. & eadem quoque ratio.

QVÆSTIO LIII.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Institutio facta in re certa, an sustineatur ex dispositione Authent. ex causa.

ADDITIONES.

Acta in re certa.] Item quod institutio de re certa facta in testamento ratione praeteritionis, vel exheredationis, si sapiat naturam vniuersalis institutionis, ex iure accrescendi irritetur, si naturam legati conferuet, commue etiam dicit Iacobus de Sancto Georgio in dicta Authentica ex causa, sub numero decimo octauo, & an institutum in re certa habeat beneficium leg. final. Codice de edictis D. Adriani tollend. commune dixi in collecta in ea commun. opinio. verbo, Institutus, numero primo, dic, ut ibi. Et numero dixi, An institutus in re certa nullo dato heredem vniuersali, si Testator expressè prohibuit, ne ipsa institutio trahatur ad alia bona, succedat neredum in illa re certa, verum etiam in omnibus, quia Testator non potest decedere pro parte testatus, atque pro parte intestatus, vbi ampliatur, & limitatur. Et numero tertio, dixi, commune esse, quod institutus in re certa non habet actiones hereditarias actiue, & passiuè. Et numero quarto, commue dixi, quod institutus in re certa, seu in quota bonorum possit propria auctoritate apprehendere relictum sibi factum. Et numero quinto commune dixi, quod institutus in re certa non habet ius accrescendi instituto vniuersali repudian-

QVÆSTIO LIII.

Ed quia textus in dicta Authentica dicit, quod testamentum irritatur, quod ad institutionem, Quero, numquid irritetur etiam institutio facta in re certa? Respondeo, quod quatenus talis institutio sapit

Ex Additionibus.

- 1 Ecquid institutio facta de re certa sustineatur per dispositionem Authent. ex causa. C. de liber. praeterit.
- 2 An, & quatenus institutus in re certa sit loco heredis, vel legatarij.
- 3 Testator pro parte testatus, pro parte intestatus decedere nequit.
- 4 Omne actum sic interpretari debemus, ut magis valeat, quam pereat.

te. Item, & quod potest propria auctoritate capere. Giacharius.

Quero numquid irritetur etiam institutio facta in re certa.] Resolutio huius quaestiois pendet ex eo: an institutus in re certa sit loco heredis, vel legatarij. Nam si loco heredis sit: institutio facta de re certa non sustinebitur: si vero sit loco legatarij, sicut cetera legata (iuxta communioem opinionem, cui quid in hac in parte deferendum sit, in praecedente quaestione attigimus) sustineri poterit, per Authent. ex causa, & est communis opinio, ut dicit Alexander in dict. Authentica ex causa, numero septimo, Rybus conf. 164. nu. 6. Ideo si pater, praeterito filio, instituat aliquem in re certa, nullo dato cohæredem vniuersali, iste

lis hæres in re certa perinde est, ac si solus scriptus fuisset hæres; & obid, detracta rei mentione, hæres in solidum manet: ac per omnia loco heredis habetur l. 1. §. si ex fundo. 4. ff. de hereditibus instituc. Eiusque ratio est perspicua: quia si alias testator decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod ut potè absurdum, non est statuendum, l. ius nostrum. 7. ff. de reg. iur. Aut plures hæres instituti sunt, & singuli in certis rebus, nulla quota, vel hereditatis mentione habita; & tunc licet certi limites videantur acquirendæ hereditatis assignati; attamen æqualiter succedunt, & res, in quibus sunt instituti, pro legatis habentur, id est, quilibet accipit suam rem, in qua est institutus,

tus, tanquam præcipuum: in relictis autem bonis equaliter succedunt. l. quotiens. 9. §. si duo sint. 13. & l. ex facto. 35. §. 2. ff. de hereditibus instit. Hocque idèd sit, ne in parte, cuius non est facta mentio, videatur testator intestatus, & in altera parte, cuius est facta mentio, testatus decessisse: quod non valet, ut ostensum est ex dicta l. ius nostrum. 7. ff. de reg. iur. Sed si & in omni re factum interpretari debemus, ut magis subsistat, quam pereat. l. quoties. 12. ff. de rebus dubijs. Aut denique quis institutus est in re certa, & alius in quota, vel simpliciter, ut si dicat Testator: Titium in fundo instituto,

institutus in re certa, habebit solummodo illam rem, in qua fuerat institutus, quatenus autem potuisset per ius accrescendi habere reliquum hæ-

Caium autem in tertia parte, quæ est quota, vel in rebus omnibus, quod est simpliciter instituire: & tunc institutus in quota, vel simpliciter, est verus hæres; alter vero, nec propriè Legatarius, nec propriè hæres est: sed mediam quandam, & tertiam speciem constituit, quæ de utraque multa sumit: quæ admodum post Bartolum à se citatum, id copiosius declarat Thadæus Pifio libro secundo uariarum resolut. capit. duodecimo, numero 24. cum sequentibus. Item Michael Graffus libro primo recept. sentent. §. institutio. quæst. 22. numero 2. & seqq. Harprec.

QVÆSTIO LIV. SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Legata, seu fideicommissa vniuersalia nunquid sustineantur ex dispositione Authent. ex causa.
- 2 Et an substitutionis pupillares, vel exemplariae.
- 3 Et an legata facta ipsi filio praeterito.
- 4 Et an legata facta turpibus personis.

- 5 Et quid de legatis factis in codicillis.
- 6 Et an huiusmodi legata, quæ sustinentur ex dispositione d. authent. ex causa, petantur ex Testamento, vel tanquam ab intestato.

Ex Additionibus.

- 1 Nunquid fideicommissa vniuersalia sustineantur ex dispositione authent. ex causa. C. de liber. praeter. remissive.
- 2 An substitutiones pupillares, & exemplares valeant, remissive.
- 3 Quo iure legata, quæ sustinentur ex d. Authent. ex causa, petantur an ex Testamento, vel ab intestato.

ADDITIONES.

QVÆSTIO LIV.

Nulla est inter Doctores controuersia.] Imò verò est, si magne fuerint quantitatis, & quando eiusmodi esse dicantur, vide Menoch. de arbit. Iudic. cas. 147. Gouean.

Sed quid in legatis, vel fideicommissis vniuersalibus.] An si fideicommissa vniuersalia, sustineantur ex dispositione Authent. ex causa, C. de liber. praeterit. ultra Clarum nostrum, & ab eo relatos, explicant quoque Thadæus Pifio lib. 2. var. resolut. cap. 12. nu. 16. & Petrus Gilchenius ad d. Authent. ex caus. C. de liber. praeterit. nu. 42. Harprec.

Substitutiones pupillares.] Et quod, tametsi hereditas patris hand fuerit adita, substitutio pupillaris nihilominus confirmetur per Authent. ex causa, commune dixi, in collect. mea comu. opin. verb. substitutio, numero 77. Giachar.

Quero etiam, numquid sustineantur substitutiones pupillares, & exemplariae factæ filijs in ipso testamento.] De hac quaestione late in vtraque parte disputant Gilchenius ad d. Authent. ex causa. C. de liber. praeterit. nu. 43. & Pifio prædicto cap. 2. nu. 12. cum seq. Harprec.

Facta alteri filio.] Iul. Clar. Sent. ent. Pract. Cuiil.

Nunc videntur esse, quia text. in dict. Authent. ex causa, simpliciter dicit, cetera firma manent: an generaliter omnia contenta in Testamento praeter institutionem sustineantur? & quid de relictis particularibus nulla est inter Doctores controuersia. Sed quid in legatis, vel fideicommissis vniuersalibus. Resp. q. etià illa sustinentur, ex dispositione dict. Authent. ita tenuit Bart. ibi, nu. 18. & ad hoc allegatur glo. in d. l. ita tamen. §. quoties, in verbo compelli debet. ff. ad Trebell. quæ dicit esse com. approbatam Socin. conf. 92. nu. 3. lib. 4. Et ita eodem tenore attestatur Imol. in d. l. filio praeterito, post nu. 36. ver. an autem comprehendat. Claud. in d. l. ita tamen, q. legit cum l. omnibus, §. quoties, num. 3. Hanc etiam dicit esse comu. opin. Alex. in d. Auth. ex causa, nu. 8. Ias. in d. Authen. ex causa, post nu. 6. vers. quinto limita, & nu. 11. Dec. conf. 95. nu. 3. Gul. de Benedict. in 1. part. repet. c. Rayn. fol. 205. n. 237. Curt. Im. d. Authent. ex caus. post num. 54. vers. Tertia conclusio, Paris. conf. 60. num. 11. lib. 2. & cum seq. Harprec.

Quero etiam, numquid sustineantur substitutiones pupillares, & exemplariae factæ filijs in ipso testamento? Respon. quod sic. Ita tenet Bartol. in d. Authen. ex causa, nu. 16. Et ita magis communiter tenetur, ut dicit Bertrand. consil. 139. post num. 1. lib. 2. in 2. parte. Hanc etiam opinionem dicit esse communem. Imol. in cap. Rayn. nu. 99. de testament. Alex. in d. l. §. fin. nu. 5. de vulg. Ias. in d. Authent. ex causa, nu. 10. Claud. in d. l. §. fin. num. 3. Tales enim substitutiones non impediunt successionem ab intestato, ut superius de fideicommissis dictum est. Quæ quidem conclusio satis de plano procedit, quando talis substitutio pupillaris est facta alteri filio. Sed quid si facta sit ipsimet filio praeterito? Respon. quod pariter sustinetur, & ita est comu. opin. ut dicit Claud. in d. §. fin. n. 5. Gul. de Bened. in 2. parte repet. cap. Rayn. nu. 39. post num. 66. Nam pupillaris substitutio concernit fauorem illius, cui facta est: merito ab eo non rumpitur. Secus ergo dicendum est in vulgari substitutione, per quam directo succeditur ipsi testatori. Illa enim proculdubio irritatur, sicut & institutio, alias hoc casu dispositio ipsius Auth. redditur elusoria; quia substitutus vulgaris admitteretur in defectum instituti: & filius praeteritus adhuc remaneret exclusus.

Praeterea quero, numquid sustineantur etiam legata facta ipsi filio praeterito, vel exheredato? Respon. quod non. Ita tenet Bart. in d. Auth. ex caus. nu. 19. & est communis opin. teste Rom. conf. 516. nu. 10. quem refert Gozad. conf. 49. n. 19. Cornel. consil. 62. col. 2. in litt. F. lib. 2. Ias. in d. Auth. ex causa, nu. 14. & seq. Ripa in l. 2. post nu. 33. ff. de vulg. 10. Nic. Arelat. in 2. conf. posito post tit. de sec. nup. 3. Qui enim testa-

64. num. 8. eod. vol. Talia enim fideicommissa non impediunt successionem intestati. Et idèd sicut filio instituto potuisset imponi onus fideicommissi, neque propterea illi diceretur esse facta aliqua iniuria: ita etiam debet in praedictum praeteriti sustineri, cui satis esse debet, si institutio ipsa corrui.

Quero etiam, numquid sustineantur substitutiones pupillares, & exemplariae factæ filijs in ipso testamento? Respon. quod sic. Ita tenet Bartol. in d. Authen. ex causa, nu. 16. Et ita magis communiter tenetur, ut dicit Bertrand. consil. 139. post num. 1. lib. 2. in 2. parte. Hanc etiam opinionem dicit esse communem. Imol. in cap. Rayn. nu. 99. de testament. Alex. in d. l. §. fin. nu. 5. de vulg. Ias. in d. Authent. ex causa, nu. 10. Claud. in d. l. §. fin. num. 3. Tales enim substitutiones non impediunt successionem ab intestato, ut superius de fideicommissis dictum est. Quæ quidem conclusio satis de plano procedit, quando talis substitutio pupillaris est facta alteri filio. Sed quid si facta sit ipsimet filio praeterito? Respon. quod pariter sustinetur, & ita est comu. opin. ut dicit Claud. in d. §. fin. n. 5. Gul. de Bened. in 2. parte repet. cap. Rayn. nu. 39. post num. 66. Nam pupillaris substitutio concernit fauorem illius, cui facta est: merito ab eo non rumpitur. Secus ergo dicendum est in vulgari substitutione, per quam directo succeditur ipsi testatori. Illa enim proculdubio irritatur, sicut & institutio, alias hoc casu dispositio ipsius Auth. redditur elusoria; quia substitutus vulgaris admitteretur in defectum instituti: & filius praeteritus adhuc remaneret exclusus.

Praeterea quero, numquid sustineantur etiam legata facta ipsi filio praeterito, vel exheredato? Respon. quod non. Ita tenet Bart. in d. Auth. ex caus. nu. 19. & est communis opin. teste Rom. conf. 516. nu. 10. quem refert Gozad. conf. 49. n. 19. Cornel. consil. 62. col. 2. in litt. F. lib. 2. Ias. in d. Auth. ex causa, nu. 14. & seq. Ripa in l. 2. post nu. 33. ff. de vulg. 10. Nic. Arelat. in 2. conf. posito post tit. de sec. nup. 3. Qui enim testa-

Commune hoc etiam dicit Iacob. de S. Georg. d. Auth. ex causa, nu. 21. qui num seq. dicit idem de facta à filio in potestate praeterito. Dixi etiam in collect. mea comu. opin. in verb. substitutio. Giach. e Legata facta.] Sed nunquid legata, & fideicommissa debeantur ex Testamento imperfecto, si personis testatori coniuncti

Junctis, vel ab eo valde dilectis sint relicta: dixi in collect. mea commun. opin. verb. legatum. num. 14. vbi communem dixi, quod debeantur. Giach. f. Petantur actiones ex 3 testamento. Quod legata, quæ sustinentur ex dispositione d. authen. ex causa, C. de liber. præter. non ab intestato, sed ex testamento peti possint, autumat Thadeus Pifo d. lib. 2. cap. 3. 2. uum. 39. & seq. Harpre c.

mentum impugnat indignus est, vt aliquid ex eo consequatur. Item quid dicendum de legatis, quæ in ipso testamento facta sunt per testatorem turpibus personis, nunquid & ipsa sustinentur ex dispositione d. Auth. ex causa? Respon. quod non: & est communis opin. vt attestatur Rybeus in repet. l. Titia. S. Imperator, num. 92. ff. de legat. 2. Sunt enim huiusmodi persone legibus odiosæ. l. fratres. C. de inofficio testamen. & faciunt in proposito ea, quæ dixi sup. q. 52. vers. Sed quæro.

Sed pone, testator fecit codicillos, in quibus multa legata fecit diuersis personis: deinde condidit testamentum, in quo filium præterijt, vel nulliter exheredauit: modo filius impugnat testamentum: Quæro, an ex dispositione Auth. ex causa sustineantur etiam illa legata facta in codicillis? Respon. quod sic. Ita tenuit gloss. in l. i. verbo, litteras. C. de codicil. quam dicit esse communiter approbatam, Curt. iun. in d. Authen. ex causa, post num. 62. semper enim quando quis decedit testatus, codicilli, siue ante testamentum, siue post testamentum conditi sint, accipiunt robur in testamento, & ab ipso pendere dicuntur: merito de istis legatis idem est iudicandum, ac si in ipsomet testamento relicta fuissent. 6 Pro complemento huius materie quæro, nunquid legata, quæ sustinentur ex dispositione d. Auth. ex causa & petantur actione ex testamento, an autem tanquam ab intestato? dixi supra S. legatum.

QUESTIO LV. SUMMARY.

Ex Claro.

- 1 In testamento regulariter interuenire debent septem testes.
2 Et an femina possit esse testis in testamento?
3 Et quid de iure canonico.
4 Et quid in testamento inter liberos.
5 Et quid in testamento militis.
6 Et an in codicillis.
7 Monachi, & mendicantes nunquid possint in testes adhiberi testamento.
8 Legatarius an possit esse testis in testamento.
9 Filius an possit pro patre testificari in testamento.
10 Testis inhabilis, qui communi opinione reputatur habilis, potest in testamento adhiberi.
Ex Additionibus.
1 Cur in testamento regulariter septem testes interuenire debeant?
2 Quare septenarius numerus fuerit electus, & varia rationes.
3 Quæ sit natura iuris constituti.
4 Veteres peculiarè quandam vim numero septenario attribuerunt.
5 Septenarij numeri in sacris litteris crebra mentio.
6 In ore duorum, vel trium consistit omne verbum.
7 Testimonio vnus nemo damnandus.
8 Mulier tam in criminalibus, quam civilibus causis idonea testis: non item in testamento.
9 Cur femina in testamento testis esse nequeat.
10 Nunquid de iure canonico mulier testificari possit in testamento.
11 An in codicillis mulier possit esse testis.
12 Omnes possunt esse testes, qui non prohibentur.
13 Probationis facultas in dubio non angustianda.

- 14 Non plures ad actum aliquem constringendæ sunt solemnitates, quam lex expressit.
15 Codicilli nullam solemnitatem ordinationis desiderant.
16 Intellectus l. hac consultißima. S. S. quæ in eundem. C. qui testament. fac. poss.
17 Vtrum Monachi, & ceteri Religiosi possint in testamento testes adhiberi.
18 An legatarij tam in nuncupatio, quam scripto testamento testimonium ferre queant.
19 Legatarij non sunt iuris successores.
20 Lege non distinguente, nec nos distinguere debemus.
21 An & quatenus omnia scripta testamenta sint mystica, siue clausa.
22 Quatenus aliquis possit esse testis in ea causa, cuius commodum ad ipsam spectat.
23 Fauri pro se introducto quilibet renunciare potest.
24 In fauorem alicuius introductum, non est retorquendum in eius odium.
25 Equid fideicommissarius vniuersalis in testum testamentarium numero esse valeat.
26 Quatenus fideicommissarius vniuersalis pro hærede habeatur.
27 Idem fideicommissarius, in quo differat ab hærede.
28 Fideicommissarius vniuersalis non est iuris successor.
29 Num tutor testamentarius adhiberi testamento faciendo testis esse possit.
30 Tutor loco domini habetur.
31 An filius emancipatus in patris testamento queat testificari.
32 Quoties vnus ex pluribus aliquid facere prohibetur, toties ceteris id permitti videtur.
33 Domesticum testimonium iure reprobatur.
34 Vnde estimetur domesticum testimonium.
35 Pater, & filius vna, eadèque persona, & vna caro reputantur.
36 Testes inhabiles vltra legitimum numerum non vitiant testamentum.

ADDITIONES.

Septem testes. Hic adde, quod testamentum, in quo septem testes de solemnitate requiruntur, si vnus deficiat, haud valet: commune Marant. in eius Specul. praxis civilis, §. iudicij tela aggreditur. post numer. 22. etiam quando numerus sufficiens haberi haud potuit. Item etiã tempore pestis per Durand. de arte testandi, caut. secunda, vt ibidem. Giach. Regulariter in testamẽto debent interuenire septem testes. Ratio, cur in testamento regulariter septem testimonium præsentia requiratur, hæc addi potest: vt non solum in

tã celebri actu fraudis suspicio omnis remoueatur: verum etiã falsis probationum modis occurratur tot Testibus præsentibus. l. vltim. C. de fideicommiss. l. data 27. C. de donationibus Nicolai Reusnerus in tractatu de testamentis, parte tertia, cap. 12. numero quinto. Cur in autem septenarius numerus fuerit electus, alij aliam rationem afferunt. Hermanus Vulteius in §. possunt autem. 5. Institut. de testament. ordinand. numero vigesimoseptimo censet, nullam esse rationem aliam quam quod Romanis ita placuerit. Stephanus Forcatulus Necyomant. dial. decimoquarto, numero septimo, inquit, rationem nullam reddi posse, præter quã quod hic numerus medicis sit visus

QUESTIO LV. Ex his, quæ proximis Questionibus tractata sunt habes satis declaratum primum requisitum ad Testamenti validitatem, scilicet institutionem hæredis. Nunc ad alia

visus legislatori, argum. l. i. §. initium. 3. versic. pueritiam. ff. de postuland. Antonius Faber in rationalibus ad l. non omniũ. 20. ff. de legib. putat, esse hoc exemplum iuris constituti, cuius natura hæc sit, vt ratio eius nec inuestigari debeat, nec reddi possit. Eodem etiã inclinare videtur Petrus Gilchenius in lege

masculi, quam femina, possint esse testes in quolibet actu humano, modo alias sint idonei: tamen in testamento est speciale, quod aliqua persona interuenire non possint, de quibus in l. qui in testam. la secondass. ff. de testam. et similibus. Et in primis mulieres non possunt ad condendum testamentum in testes adhiberi: hoc quidem de iure civili est expeditum, est enim de hoc textus expressus in d. l. qui testam. S. mulier. & ratio est, quia mulier est fragilis, & corruptibilis, vt dicit gloss. in d. S. mulier. in verbo, Non poterit, quam omnes Doctores sequuntur nemine discrepante, dicit Bello. cons. 14. num. 8. & quotidie docet experientia. Ideo lex in actu adeo præiudiciali, & in quo sæpe solent committi falsitates, & fraudes, de eius integritate non confidit. Sed quid de iure Canonico? Respondeo, si queratur de testamento condito ad pias causas, res non habet difficultatem, quia in illo absolute mulier potest testificari, vt dixi supra, q. 6. vers. Tertio infertur. Et ita obseruandum est in viroque foro. Sed quid si testamentum sit conditum ad causas profanas, nunquid mulier de iure Canonico poterit in eo testis adhiberi? Respondeo, quod in hoc articulo Doctores sunt va-

tandas excipiuntur. Nec simpliciter prohibet lex diuina plures, quam duos, vel tres, adhiberi testes in testamento: verum in certis dumtaxat casibus duorum, vel trium testimonium probat: ea saltem ratione, vt testimonium vnus excludat, quo damnari quempiam valde iniquum fuerit: nihilominus interim

pro negocij qualitate, plurimum testimonium fidè requirens, quoties necessitas postulat, sicuti hoc aperte arguit text. in d. cap. licet vniuersis, de testibus, cuius in fine Põrifex Alexander Tertius. Licet inquit, quædam sint causæ, quæ plures, quam duos exigant testes: nulla est tam en causa, quæ vnus tantum testimonio, quãuis legitimo terminetur. Reliqua, quæ nostræ aduersari videntur sententiæ, refutatimus ad §. sed cum paulatin. 2. Institut. de testament. ordinan. num. 23. & seq. Harpr. b. Mulieres. Vide de hoc in collect. mea commun. opin. in verb. Femina. num. 6. atque in verbo testis, nu. 35. Vbi etiã neque in testamento, neque in chirographo, neque in criminali esse possunt testes. Giach. Mulieres nõ possunt ad condendum testamentum in testes adhiberi. Quamquam alias mulier, tam in criminalibus, quam civilibus causis, testis idonea regulariter censetur. Lex eo. 18. ibiq; Gothofred. ff. de testib. l. 1. ff. de accusationib. l. in quæstionibus. ff. ad leg. Jul. maies. Prosper. Farinac. in Tractat. de testib. q. 59. n. 18. cum seq. Ilico Vmmius disput. 16. de process. iudiciali. th. 4. nu. 29. Renner. in tract. de testament. par. 3. c. 16. nu. 6. attamen in vltimorum iudiciorum dispositionibus a testimonij dictione arcetur. §. testes autem. 6. Institut. de testam. ordin. l. qui testam. to. 20. §. mulier. 6. qui testam. fac. poss. Ratio, cuius femina in testamento nequeat esse testis, non tantũ illa est, quod fragilis sit mulier corruptibilis, quã Clarus noster hic ex gloss. refert. addeque in falso animaduertendo tã sagax, & circũspectus, vt masculus esse nõ constituerit. Donell. lib. 6. comẽ. dc iur. ciu. c. 7. pag. 14. Duan. in tit. qui test. fac. poss. sub rubr. de testib. in testam. idon. circa princ. Sed, & hæc non improbabilis redditur, quod adhibito testiũ ad confectionem testamenti sit de iure civili. Iure autem civili mulier in calato testis esse nõ poterat, quia comitiõrũ comertiũ non habebat, neq; in eo, quod fiebat in proximis, quia militiæ capax non erat, neq; in eo, quod per as, & librã fiebat: quid in emancipationibus, tanquam solemnibus adhibeantur ciues Romani, masculi tantum non etiã femine. Vult in d. §. testes, 6. n. 19. Institut. de testam. ordin. Connan. lib. 9. comment. iur. ciu. c. 3. nu. 3. Plures alias istius rei rationes recitat Hillig. in Donell. enucleat. d. lib. 6. cap. 7. ad lit. K. Harpre. c. De iure canonico. Adde, & vide per Diaz. reg. 482. vbi reulit Dec. in reg. femine. ff. de reg. iur. 4. modis limitantẽ. Giach. Sed quid de iure canonico? Quod etiam de iure Canonico mulier in testamento, condito ad causas profanas, non